

placiter. Uno modo respectu corporis continetur in quo est subiecte et quod mensurat intrinsece secundum duas dimensiones tantum. Et dicitur superficies. Alio modo respectu corporis continetur quod mensurat extrinsece secundum tres dimensiones et sic dicitur locus. Sciendum quod totum quod sicut per longitudinem latitudinem et profunditatem mensurat locatum intrinsece sic etiam mensurat extrinsece secundum tres dimensiones loci in quo suscipitur ut vinum extrinsece mensurat secundum longitudinem latitudinem et profunditatem superficie vasis cocanā in quo suscipitur. Et per hoc habet quod locus est quantitas que est mensura subiecte et quod sit continua pars. quia partes eius loci copulantur ad eundem terminum eodem ad que partes corporis locati copulantur quia sicut partes corporis locati copulantur ad eundem terminum eius sic etiam omnes partes loci quia est item centrum secundum re quod est centrum loci intrinseci et extrinseci loci et sunt eque diametri prentse a superficie que est locus aut a superficie locati usque ad centrum eius. et diametri loci et locati ad item centrum copulantur et ille diameter dicitur pres loci non essentialis quia ille pres sunt superficies eius. sed dicuntur pres continentie loci. et etiam licet pres corporis in quibus est corpus copulantur ad superficiem. tamen partes ut est locatum copulantur ad centrum. et etiam partes loci. Cōtra predicta arguit primo sic. motus localis primi mobilis in quo est tempus subiecte per prius est primus que sit tempus. quia dat ipsi continuitate et tamen ille motus non est species quantitatatis. quia a maiori tempus non est species quantitatatis. Secundo sic. Omne illud cuius pres copulantur ad eundem terminum eodem habet plures pres simul si tempus non possunt esse plures pres simul. quia pres eius non copulantur ad eundem terminum eodem. et sic non est quantitas continua. Tercio sic. Numerus non est quantitas continua si discreta. si tempus est numerus motus que non est quantitas continua

Quarto sic. Superficies et locus idem dicuntur essentialiter seu realiter. Igitur non sunt species distincte. et locus male ponitur alia species a superficie. Quinto sic. Omne illud quod mensurat secundum tres dimensiones et includit ipsas est corpus. si locus habet longitudinem latitudinem et profunditatem. et mensurat secundum ipsas. et locus non est species a corpore distincta. Ad primum dicitur quod licet motus localis secundum esse sit continuus. non tamen secundum essentiam eius que est ubi. quia res ponitur in genere secundum essentiam suam. Ido motus non est quantitas sed tempus est continuum secundum esse et essentiam suam. Licet effectiue capiat continuitatem a motu. Ideo magis ponitur in genere que quantitatatis que motus. Ad secundum dicitur quod licet plures partes temporis non possunt esse simul in permanentia. tamen possunt esse plures in successione et in fieri quod sufficit ad hoc quod copulentur ad unum terminum communem. Ad tertium dicitur quod licet tempus sit numerus materialis et numerus numeratus. non tamen est numerus formalis. Ido non est quantitas discreta. Ad quartum dicitur quod si locus et superficies considerentur materialiter. quantus ad id quod sunt. dicant item esse naturaliter. si tamen considerentur formaliter quantum ad suos modos mensurandi. sic specie distinguuntur et non sunt item. quia superficies mensurat intrinsece et secundum duas dimensiones tantum. Locus vero extrinsece et secundum tres dimensiones. Ad quintum dicitur quod licet locus habeat tres dimensiones secundum continentiam eius. tamen secundum essentiam habet duas tantum. scilicet longitudinem et latitudinem et solus illud est corpus quod secundum essentiam habet tres dimensiones et.

Quantitati nihil est
continuum. Postquam autem superius determinavit de quantitate secundum se et quantum ad suas